

1731.

1. Berthinelius, Gethardus Christianus: De processu appellacionis
in foris Marchionatus Lusitiae superioris constato.
2. Berthinelius, Gethardus Christianus: Discretione Germanico
forensi - iure omniis deciderat causa.
3. Brutes, Henricus: Se ad causas injuriantes.
4. Brutes, Henricus: De renunciatione in foris iniustis.
- 5^o = Chedamius, Justus Georgius: De iure vocandi vocatores
externi militantes. 2 Decap.
- 6^o = Crelles, Christ. Lenn: Publicam covenzionem, que
urbes conductar in antiquitate Romae . . .
respectabil. 2 Decap.
- 7^o = Crelles, Christ. Lenn: Proprietatem ei donatae
et cum qui praeiudicium accept transirem
. . . defendet. 2 Decap.
- 8^o = Crelles, Christ. Lenn: Observaciones et 1.3.
I. De bonis eorum qui ante sententiam eis
mortem concinerunt.
- 8^o - Hassen

- 8. d*
8. Münster, Frider. Wilhelm: De sacrificiis gentilium
1. d. o. t. i. K. 015 ex veterum theorum descriptina Dadae
Tis
9. Leyser, Augustinus: Geminius indalem et usum hodieum
interdicti quorum bonorum et actionis est. v. C.
de recte d. Adriani . . . ex leibus erat et in
publica disputatione factis.
10. Leyser, Augustinus: De gestis per debitorum obsecratus
ten ratis quam irritis
11. Leyser, Augustinus: De felicitis collegiosis.
12. Leyser, Augustinus: De ipolio
13. Münster, Gottfrid. Ludovicus, v. d. j. a. d. . . Decanus;
lectio benivola s. p. I. (ad Disputationem solen-
num Pauli. Balduini Hattori iuncta)
14. Münster, Gottfr. Ludovicus, Ord. j. a. d. . . Decan
lectio benivola s. p. I. (ad Disputationem solennem
Iohanni Christiano Gottschaffi Balaci iuncta)

15. Starnes, Gallieb: De ambionibus accusationibus et
accusationibus sub iure.
16. Vales, Abraham: Febris tertiana ob emphyema
lethifera.
17. Werner, Dr. Fridericus: Decas desideriorum iuri-
dicorum. 2 Tompl.
18. Werner, Dr. Fridericus: Decas desideriorum iuri-
dicorum.
19. Werner, Dr. Fridericus: Decas desideriorum iuri-
dicorum.
20. Werner, Dr. Fridericus: De successione in simulta-
neam investituram ex jure Alm. Sax. Longobard.
etc.
21. Werner, Iacobus Fridericus: De iure accusationum

the first time in the history of the world
that the people of the world have been
able to live in peace and happiness
and to work for the welfare of all
without fear of being persecuted
or oppressed. This is the result of
the wise policies of the great
leaders of the world who have
realized that the only way to
achieve world peace is through
the establishment of a
world government which will
have the power to
enforce world peace and
to settle disputes between
countries by arbitration and
not by war. This is the
ideal that we must strive
to realize in our time.

Q. D. B. V.

1731

3

15

GENVINAM INDOLEM ET VSVM HODIERNVM
INTERDICTI
QVORVM BONORVM
ET
ACTIONIS EX L. VLT. C.
DE EDICTO D. ADRIANI

PRAESIDENTE

VIRO MAGNIFICO ATQUE EXCELLENTISSIMO

AVGVSTINO LEYSERO
POTENTISS. POLON. REG. ET ELECT. SAX.
A CONSILIIS AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII
ECCLES. DIRECTORE ET ORDINIS IVRIDICI
ORDINARIO

PATRONO, PRAECEPTORE AC STVDIORVM
SVORVM PROMOTORE

OMNI OBSERVANTIAE, PIETATIS ET OBSEQVII CVLTV
AETERNUM COLENDO

EX TENEBRIS ERVET

ET IN PVBLICA DISPVTATIONE TVEBITVR

PAVLVS GODOFRED. CALMANNVS

BVDISSIONVS

D. APRIL. ANNI c^{lo} Is CCXXXI

IN AUDITORIO IVRECONSULTORVM

VITEMBERGAE

EX OFFICINA IOANNIS CHRISTIANI GERDESII.

33. 33. 11

66
CENNIUM INDOLEM ET SUM HONOREM
INTERDICTI
OVRAM BONORAM
ET
ACTIONIS EX L. A. T. C.
DE EDICTO D. ADRIANI
PRESIDENTE
HOC MARCHIO TATE VOTIVAMENTE
AVGUSTINO LEYSERO
POTENTISS POLON REG ET FIECT SVX
A CONVENTUS VALVE AC VESTITIA CONSISTENTI
DECES DIRECTOR ET ORDINIS IURIDICI
ORDINARIO
SCHOOLA PRO MOTORA
OMNIS CERTA VITAE FRATRIS ET ORATIONIS CITA
AETERNUM COTTENDO
EX TIBERRIS ERET
ET IN FAMILIARIS DISPUTATIONE TANTILLAR
PAULUS GODFREY CALVINUS
MORSINAE
D. ALBERT JUNIOR EP CGXXII
IN INDICATIO APPROPRIATA
EX OTTICINA IOANNIS CHRISTIANI GELDNERI



I.

Interdictum quorum bonorum summe æquum est.

II.

Usus eius hodiernus duobus exemplis, illustri & privato, comprobatur.

Interdictum quorum bonorum summam æquitatis rationem habet. Accidit scilicet sape, ut ex duobus, qui de hereditate certant, is, cuius iura dubia & obscuriora sunt, præveniat tamen alterum, atque possessiōnem rerum hereditiarum prior occupet. Tunc alteri, quantumvis is meliore liquidoreque iure niti videatur, actoris tamen & petitoris partes subeundæ sunt. Si ordinaria via, nempe hereditatis petitione, utendum esset, secundum hodiernam iudiciorum faciem multorum annorum molestias ac impensas devorari oportet, priusquam, discussis possessoris exceptionibus etsi iniustis, difficilibus tamen & longam disputationem desiderantibus, victoria obtineatur, atque alter ad hereditatem cum fructibus restituendam damnetur. Et post damnationem exsequitio iterum & fructuum computatio novas ambages ac duorum minimum annorum

A 2

mo-

moram desiderat. Quapropter nihil æquius est, quam
 ut ex duobus litigatoribus is, durante iudicio, possessor
 constituatur, cuius iura magis in oculos incurunt, at-
 que alter cum argumentis suis altiorem indaginem re-
 quirentibus ad petendum ablegetur. Hunc in finem
 interdictum quorum bonorum datur, in quo per claram
 L. 3. C. *Quorum bonorum bona ipsa in petitorem, frustra-*
tionibus, h. e. exceptionibus obscurioribus, amputatis,
transferuntur, atque secunda actio proprietatis, scilicet
hereditatis petitio, adversario reservatur. Huius tam
 aquæ tam iusta legis usum hodiernum negare videtur
Beyerus in Delineat. tit. π. Quorum bonorum : Si, inquiens,
hoc interdictum hodie detur, videtur magis retinenda esse quam
adipiscenda. Ego vero cum *Philippi in Uso practico Instit.*
lib. 4. ecloga 71. n. 14. & Habnio ad Wesenbecium tit. Quo-
rum bonorum n. 6. pro legis istius saluberrima usu pugno.
 Nec deficiunt exempla. Duo memorabo in praesens;
 illustre alterum, alterum privatum. De illo dicam pri-
 us. Extincta anno 1694. in gente Mecklenburgica domo
 Gustraviensi, dux Suerinensium cum Strelizensium
 duce de hereditate contendebat, sed, quia diuturnam
 litem prævidebat, ad interdictum quorum bonorum
 confugiebat, felicissimo eventu. Namque iudicium Imperii
 aulicum die 12. Ianuarii anni 1697. possessionem ipsi
 adiudicavit, & duci Strelizensium decretum, ut loquun-
 tur, salvatorium ratione petitiori dedit. Cuius petitio-
 ri difficultates quum animadverteret dux Strelizensium,
 maluit, transactione die 8. Martii anni 1701. Hamburgi
 inita, pauca accipere, quam centum annos litigare. Per-
 go ad privatum exemplum. Lex est in Ducatu Bruns-
 wicensi, ut, mortuo sine liberis alterutro coniuge, su-
 perfites integrum hereditatem, exclusis defuncti fratribus

-om

c A

&

& sororibus, capiat, nisi defunctus vel pacto vel testamento aliud constituerit. Accidit vero in urbe Brunswiga, ut Alexander quidam cum Berenice uxore pacta dotalia conficeret, atque in his certam pecuniae summam uxori relinquerebat, reliquum patrimonium suum cognatis suis restitui iuberet. Mortuo Alexandro, Berenice ex lege communis succedere mavult, & pacta dotalia nulla esse, ac præterea a marito ante mortem revocata fuisse, dicit, testesque & argumenta offert; quorum examen ac disceptatio viginti annos poscere videbatur. Quid facerent cognati, quibus instrumentum quidem publicum & liquidum suppetebat, sed tot annorum lis intolerabilis videbatur, eo magis, quod vidua confessim post mariti mortem possessionem adprehendisset, & inde sumptus longi iudicij facile latura esset. Consulti ergo ab iis Icti Helmstadienses mense Ianuario anni 1510 CC XV. interdictum quorum bonorum institui iusserunt : Was die neuundte Frage betagt / ob Berenice, da sie sich in der Gute nicht will weisen lassen / in den vollen Güthern und deren Genüß wehrenden Processe zu lassen sey ; So sehen wir nicht / wie ihr / da sie vermutlich den Besitz der streitigen Güther gleich nach ihres Mannes Tode ergriffen / solcher vor Austrag der Sache genommen und wieder die Verordnung der Rechte der Anfang mit der Exequution gemacht werden könne. Es steht aber den Anverwandten frey / mit Producirung der aufgerichteten Ehestiftung/ alsofort auf die Einräumung der Possession zu klagen/ und das Interdictum quorum bonorum anzustellen / welches Interdictum darinnen besser ist / als die ordentliche hereditatis petitio, weil in jenem auch leviores probationes statt finden / die exceptiones altioris indaginis aber nicht zugelassen / sondern in das peritorium verwiesen werden.

III.

Interdictum quorum bonorum heredi etiam partiario contra coheredem datur,

IV.

Non aliter tamen, quam si ius eius liquidum & contradicatio adversarii altioris indaginis sit.

Quod in L. 1. §. 1. *Quorum bonorum* dicitur, interdictum nostrum esse adipiscendae possessionis universorum bonorum, captari non oportet, ut propterea heredem partiarium excludas. Nam quum bonorum possessio certae etiam partis detur, L. 6. pr. de Bonorum possessionibus, interdictum quorum bonorum, quod in primis pro tuenda bonorum possessione introductum fuit, ad hanc certam partem petendam instituitur. Sicut ergo hereditatis petitio coheredi contra coheredem, qui integrum hereditatem tenet, pro parte datur, L. 1. §. 1. *Si pars hereditatis*, ita & interdictum quorum bonorum, quod remedium possessorium actioni petitoriae accurate respondet. Necesse vero est, ut ius coheredis interdicentes firmius appareat, quam exceptio, qua coheres possessor eum excludere tentat. Nam si utrinque aequalis incertitudo adest, possessio illi, qui eam iam habet, relinquenda & confessim ad hereditatis petitionem deveniendum est. Adferam exemplum: Mortuo locuplete viro, sororis eiusdem filius hereditatem confessim occupat, se testamento heredem scriptum ostendens. Et existabat quidem defuncti testamentum, sed erat per procuratorem iudici oblatum, & inde dubius maximis involutum. Igitur defuncti frater, aquilia cum possessore iura ab intestato habens, ambages tamen

tamen & moras hereditatis petitionis metuens, interdi-
ctum quorum bonorum parat, ante autem ICtos Helm-
stadienses consulit. Hi vero, mense Maio anni c15
I5 CC XX. quod æqualia utrinque argumenta & paria
ex utraque parte Doctorum agmina, testamentum per
procuratorem oblatum tam probantium quam impro-
bantium, viderent, interdictum quorum bonorum dis-
suaserunt, & hereditatis petitionem præstare credide-
runt : Hat der Procurator Köhne am 20. August 1714.
im Namen Franz Daniel Bergens und seiner Frauen ein
Testamentum reciprocum, worinnen Franz Heinrich
Kolbe zum einzigen Erben eingesetzt und die andere Ver-
wandte ausgeschlossen worden / gerichtlich übergeben. Ent-
steht demnach die Frage / ob des Testatoris Brüder / Con-
rad Berge / den verstorbenen mit beerben / delatam here-
ditatem agnosciren / bonorum possessionem decretalem
fachen / und nach erfolgter Contradiction über die Halb-
scheid des Erbes des Interdicti quorum bonorum sich bez-
dienen könne / oder ieho bloos hereditatis petitionem an-
stellen müsse. Nun ist zwar jederzeit vor einem / welcher
Anspruch an eine Erbschaft macht / besser / daß er statt der
weitläufigen und verdrüslichen hereditatis petition sich zu-
soderst mit in den Besitz der erbgeschäftlichen Güther zu setzen
suche / und die remedia præatoria und interdicta, worinnen
mit Übergehung der in altiore indagine bestehenden Excep-
tionen dem actori so fort die Pesseli zuerkannt wird / anstel-
le. Dieweil aber dennoch der in dem vernieyntem Testa-
mente benannte Erbe einmahl den Besitz der ganzen Erb-
schafft ergriffen / und also vor den einzigen Besitzer zu achten
ist / hiernächst die Remedia possessoria und interdicta nur
denjenigen / welche ein klares und ungezweifeltes Recht ha-
ben / zu statthen kommen / hier hingegen auf Seiten Franz
Heinrich

Heinrich Kolbens ein nach unterschiedener Rechts - Lehrer
Meynung gültiges Testament vorhanden / welches anzusech-
ten und umzustossen eine ordentliche Klage und rechtliche
Ausführung von nöthen ist ; So halten wir vor besser/ daß
Conrad Berge hereditatis petitionem wieder den Besitzer
gedachter Erbschafft anstelle . Aliud exemplum vide in
Præsidis Specimine CCCC XXII. de Successione descendientium
medit. 6.

V.

Interdictum quorum bonorum & remedium legis ult. C. de
Edicto D. Adriani toll. prorsus conveniunt.

VI.

Historia editi D. Adriani exponitur.

Qui de interdicto quorum bonorum scribunt, reme-
dium ex L. ult. C. de Edicto D. Adriani toll. tanquam
ad fine interdicto nostro commemorare & explicare so-
lent. Sed illi entia praeter necessitatem multiplicant.
Nam remedium hoc prorsus cum interdicto convenit,
unumque ac idem est. Scilicet prætor iam diu ante
Adrianum Imperatorem heredibus in testamento seu
scriptis seu nuncupatis bonorum possessionem secun-
dum tabulas, & ex ea interdictum quorum bonorum
dedit, cuius natura, ut supra ex L. ult. C. quorum bonorum
dixi, haec est, ut, amputatis & in secundam actionem re-
iectis frustrationibus atque exceptionibus altioris indi-
ginis, possessio confessim in eum , qui testamento liqui-
do nitebatur , transferretur. Accidebat autem saepius
cule, ut heres institutus actionem suam longius differ-
ret. Ita vero fisco principis fraus siebat, cui vicefima
here-

hereditatum extraneo reliquarum ex lege Julia debebatur. Quapropter Adrianus in gratiam fisci, non, ut vulgo creditur, heredum, edixit, ut heres in testamento vitium apertum non habente institutus possessionem intra annum peteret, ac impetraret, appellatione omni remota, post annum non audiatur. Hoc editum Adriani ad nos quidem non pervenit, sed tamen, quale illud fuerit, ex *Julii Pauli lib. 3. Recept. sent. tit. 5. n. 13, L. 7.* C. Th. de *Testamentis*, L. 26. C. Th. *Quorum appellationes non recip. Novellis Valentiniani tit. 4. n. 1. & tit. C. de Edicto D. Adriani toll. sat lucidis coniecturis colligimus. Aboluta deinde vicesima, retentum est tamen diu illud ab Adriano introductum annum spatium, eoque elapsi, heres testamentarius a petitione exclusus. Quod indignatus tandem Justinianus in L. ult. C. de Edicto D. Adriani vetuit, missionem scripti heredis in possessionem hereditatis ullis angustiis temporum coarctari, eique, qui sive post annale tempus, sive post maioris aevi curricula, missus fuerit, dummodo ex legitime formato testamento missio processerit, ullum temporis obstaculum obici, nisi ordinaria præscriptio completa fuerit. Hoc unum est, quod noviter in ista famosa lege ult. constituit Justinianus, de cetero interdictum quorum bonorum, sicut id ante Adrianum & sub Adriano & post Adrianum fuerat, confirmavit, ut scilicet heres, qui iudici testamentum, quod in prima figura sine omni vituperatione appareat, ostenderit, statim in possessionem earum rerum, quæ testatoris mortis tempore fuerunt, mittatur, contradictor vero, cuius ius altioris indaginis sit, ad ordinarium hereditatis petitionis iudicium ablegetur.*

VII.

Remedium ex L. ult. C. de Edicto D. Adriani iure Ro-

mano summarium est saltem,

VIII.

At moribus Germaniae in processum exsequitivum deduci potest.

Questionem hanc, utrum actio ex L. ult. C. de Edicto D. Adriani exsequitiva, an summaria saltem sit, operose ventilat illustris Bergerus in Suppl. ad Electa Dis. for. P. I. pag. 41. & in ea decidenda summu[m], qui Diesdæ est, provocationum senatum a ICtis Lipsiensibus, Vitembergensibus & Jenensibus dissenisse ait. Mihi res planissima videtur: Si solum ius Romanum & ipsam legem ulimam, actionis huius sedem, inspicis, actio hæc nullo modo exsequitiva dici potest. Exsequitivum quippe processum Justinianus & juris Romani auditores ignorarunt prorsus, atque adeo heredibus aut legatariis tribuere nullo modo potuerunt. Dederunt ergo saltem processum summarium, admiseruntque exceptiones etiam intriciorés, ita tamen, ut eas breviter proponi ac probari, seu, ut pragmatici loquuntur, demonstrari oporteat, operosæ autem probationes non admittantur. Apparet hoc clare ex his d. legis ult. verbis: *Sin autem aliquis contradictor existiterit: tunc in iudicio competenti cause in possessionem missoris & subsequente contradictionis venientur: & ei possessio adquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit, sive qui missus est, sive qui antea detinens contradicendum putavit.* Verum Germani breviorem longe viam habent, scilicet processum exse-

quuti-

III.

quutivum, in quo exceptiones omnes, quæ in conti-
nenti probari nequeunt, rejiciuntur. Hic processus
exsequutivus toties locum habet, quoties, ut Bergerus
in *Electis processus exec.* §. 9. ait, omnia libelli capita e do-
cumento in continent probari possunt, seu, ut *Ludovici*
in der Einleitung zum *Civil-Process cap. 3.* §. 3. rem ef-
fert, daß die Rechte denenjenigen zu gute den *processum*
executivum eingeföhret haben, welche den Grund ihrer
ganzen Klage dem Richter gleich von Anfang und auf
ein mahl deutlich vor Augen legen können; qui etiam
exempli loco legatarios & fideicommissarios testamen-
tum nullo visibili vitio laborans proferentes commemo-
rat. Quid opus ergo est, ad legem illam provocare,
quum longe melius remedium habeamus? Consentit
die Erläuterte Sächsische Process-Ordnung im Anhange
§. 4. Nec movet me in contrarium ratio, quod bene-
ficium processus exsequutivi saltem in favorem instru-
mentorum obligatoriorum, non etiam testamentorum,
introducendum sit. Ego quippe processum exsequutivum
non pro solis instrumentis obligatoriis, sed pro omni-
bus documentis liquidis & indubii, & magis etiam pro
publicis, qualia pleraque testamenta esse solent, intro-
ductum credo. Generalis introducti processus exse-
quutivi causa est, ne hi, quorum ius in aprico versa-
tur, diu langueant, nec ab his, quorum postulata obscür-
riora videntur, longo processu fatigentur, sed confes-
sum ad possessionem deveniant, atque interim, donec
adversarii ius suum ex caligine in lucem producant, re-
de qua lis est, fruantur. Quæ causa non ad sola ins-
trumenta obligatoria, sed ad omnia documenta tam
publica quam privata refertur.

contra
processum exsequutivum esse omnia documenta tam
publica quam privata refertur.

*dum invicem in dno exceptiones omnes, dno in coni-
tio*nem* hoc processus. Hic processus.*

Adio ex L. ult. C. de Edicto D. Adriani tollendo tunc
locum non habet, quum legitimus contradicitor
adest.

X.

Legimus contradicitor dicitur, cui talis exceptio competit,
qua*e* in processu exequutivo locum habet, id est, qua*e*
in continent*i* probari potest.

Talis etiam est exceptio rei inter alios acte.

Vetat Iustinianus in L. ult. C. de Edicto D. Adriani toll.
tunc, quum legitimus contradicitor exsistit, heredem vel legatarium in possessionem rerum a defuncto
relictarum confessim mitti, sed causam in iudicio com-
petenti ventilari iubet. Quis ibi per legitimum contra-
dictorem intelligatur, DD. invicem totis voluminibus
certant. Ego, si mentem & verba Justiniani accurate
considero, legitimum contradictem ei omnem illum
esse credo, qui res hereditarias se iusto titulo tenere di-
cit. Hunc audiri exceptionesque eius cognosci, brevi-
ter tamen & summarie, vult Imperator. Verum enim
vero postquam hodie, ut modo dixi, processus exle-
guutivus introductus atque ad actionem ex L. ult. C. de
Edicto D. Adriani extensus fuit, legitimus contradictor e-
rit omnis is, cui talis exceptio competit, qua*e* in pro-
cessu exequutivo admittitur. Admittuntur vero in
processu exequutivo ea tantum exceptiones, qua*e* in
cont-

continenti sunt liquidæ, id est, ex ipso illo, in quo a-
ctor actionem suam fundavit, vel etiam ex alio docu-
mento indubio & guarentigato probari possunt. Sic
e. g. si is, contra quem ex testamento agitur, tertius
possessor sit, atque ius testatoris in res eas, quæ petun-
tur, non agnoscat, is exceptionem rei inter alios actæ,
quæ ex inspectione testamenti in oculos illico incurrit,
iure optimo opponet. Cuius rei exemplum & de eo
sententiam ICtorum Vitembergenium commemorat
*Magnif. Dn. Praes in Specimine CCCLXXXI. de Actionibus
ex legato medit. 8.*

XII.

Actioni ex L. ult. C. de Edicto D. Adriani in primis ob-
stat exceptio vitii visibilis.

XIII.

Teſtamentum etiam iudiciale vitio viſibili laborare
potest.

XIV.

Tale viſibile vitium eſt, quum ex protocollo, quod ſuper
teſtamento confectum fuit, eſſentialia teſtamenti requiſi-
ta non apparent, vel verbis adeo obſcuris proponuntur,
ut ſuſpicionem in animo iudicis excitant.

XV.

Vitium viſibile eſt, quando teſtēs vel perſonāe iudicialeſ non
ex teſtatoris voluntate, ſed iuſſu herediſ
advoceati fuerunt.

B 3

XVI.

XVI.

Vitium visibile est, quando in testatore moribundo animus deliberatus non apparet.

XVII.

Vitium visibile est, quando testamentum simpliciter ad interrogationem vel propositionem alterius conditur, si quidem non apparet, testatorem huic antea voluntatem suam exposuisse.

XVIII.

Vitium visibile est, quando testator animam agens aliquam mentis praeturultu mortis angustiarum signa edit.

XIX.

Vitium visibile est, quando testator, antequam testamentum conficeret, alienationem mentis passus in actu testandi perfectissimum intervallum non habuit, sed saltē in con- spectu inumbratæ quietis positus fuit.

Legitimus contradictor, cuius in actione ex L. ult. C. de Edicto D. Adriani rationem haberi oportet, sine dubio is est, qui testamento, ex quo adversus ipsum agitur, vitium aliquod visibile opponit. Opponi vero tale vitium potest testamento non solum privato, sed & iudicialiter confecto. Quantacunque enim sit iudicij fides, ac integritatis & solemnitatis pro eo præsumptio, fides tamen hæc & præsumptio cedit veritati, maxime, si hæc in oculos incurrat. Erit autem vitium visibile etiam tunc, quem requisitum quoddam essentiale testamenti in protocollo aut instrumento non apparet,

atque adeo defecisse arguitur. Rem optime exemplo illustrabo. Sunma circumspectione in moribundo-
rum testamentis, quæ saepiuscule dolo, metu, impor-
tunis flagitationibus elicuntur, opus est. Prudentissi-
me igitur legislator Saxo in *Conflit. s. Part. 3.* tria ad hoc,
ut testamentum moribundi subsistat, requirit, quæ tria
requisita tamen non singularia quædam iuris Saxonici
sunt, sed ex recta ratione & iure communi hausta per
totum terrarum orbem desiderantur. Constatre ergo
de his ex ipso protocollo aut instrumento debet. Si non
constet, vitium visibile aderit, & actio ex L. ult. C. de Edicō
D. Adriani toll. locum non habebit. Communicavit me-
cum Excellent. Dn. Praes̄ responsū ab ipso nuper admō-
dum menſe Martio anni clo 10 CCXXXI. exaratum, quod
quia hanc & ceteras a me præmissas theses mirifice ex-
plicat, hic adiiciam: Ist der Stallmeister zu Wittenberg/
Heinrich Nidda / im Martio 1710. verstorben / und nach sei-
nem Tode ein dem Angeben nach von ihm errichtetes Testa-
ment / worinnen er seinen Vetter Johann Philippen Nidda/
zum vollen Erben eingesetzt haben soll / eröffnet worden.
Nachdem sich jedoch ein ziemlich starker Verdacht wieder die
Richtigkeit solchen Testaments hervor thut / so wird zu wissen
verlanget / ob gedachtes Testament vor unrichtig und nichtig
zu erkennen. Nun ist zwar in dem über das vermeynte Te-
stament gehaltenem gerichtlichem Protocolle umständlich an-
geführt / daß der verstorbene Stallmeister durch einen ab-
geschickten Studiosum den Creyß-Ambtmann ersuchen lassen/
seinen letzten Willen gerichtlich aufzunehmen / hierauf der
Creyß-Ambtmann den Ambts-Actuarium und zwey Ge-
richts-Personen in dessen Behausung geschickt/ diese den Te-
statorem verständig angetroffen / und derselbe sich gegen sie
zwar kurz doch deutlich erklähret / dabey auch / nachdem der
Actua-

Aetuarius ihm solches hinwieder vorgehalten / nochmahls beständig verharret / und / daß dieses sein letzter Wille sey / wornachernach seinem erfolgten seligen Tode gehalten wissen wolte / mit einem lauten Ja bekräftiget / und denn dergleichen in gerichtlichen Actis gegründetes Testament sidem publicam und presumptionem veritatis und integritatis vor sich hat / mithin durch das einzelne privat Zeugniß einer Frauens-Person nicht entkräftet werden kan / dazumahl in dubio ein jeder bey gutem Verstande gewesen zu seyn vermuthet / auch in einem Testatore eben kein sonderbarer vigor animi und iudicij erfodert wird / L. 4. C. qui testamenta facere possint , nächstdem ein Testator pro furioso nicht zu achten ist / daferne er nicht in ipso actu testandi merckliche Anzeigungen davon spüren läßt / L. 9. C. qui testamenta facere possint , gestalt dem furor superveniens ein an sich richiges Testament nicht über den Haussen werffen mag / S. 1. I. quibus non est permisum facere testam. Alldeierl aber die Aussage der abgehörten Zingen dem gerichtlichem Protocoll nicht widerspricht / sondern dasselbe nur erklärt / und die darinnen mit etwas dunckeln Worten ange merckte Haupt - Umbstände entdecket / also mit selbigem ganz wohl conciliiret werden kan / und dasjenige / was der Aetuarius und die Gerichte selbst nicht wissen können / an den Tag bringet / immassen aus solcher Aussage erhellet / daß 1.) der an den Creyß-Ambtmann geschickte Studiosus nicht von dem Stallmeister selbst / sondern von dem eingeseztem Erben abgesandt worden / daß 2.) der Stallmeister von solcher Abschickung nichts gewußt / also bey dem Eintritt der Gerichte gefraget / was die Männer / welche er ja nicht heißen dahin kommen / wolten ; woraus das / was in dem Protocolle steht / daß nemlich der Testator sich nicht gleich zu recolligiren vermocht / dahero die Gerichte anfänglich bey

bey Seite gegangen / und eine halbe Stunde hernach wieder
gekommen; sein Licht erhält / daß 3.) die laut Protocoll
von dem Testatore geschehene kurze und deutliche Erkläzung
in einer blossen Approbation des nicht auf sein Ge-
heiß / sondern auf Veranlassung des Erben / niedergeschriebe-
nen und ihm dem Testatori nur vorgesagten Testaments
bestanden / daß 4.) der Testator in seiner Krankheit seinen
Verstand nicht allezeit gehabt / sondern in ein und der an-
dern Stunde sich dessen nicht gebrauchen / oder / wie das
Protocoll redet / sich nicht recolligiren können / daß 5.)
dem Testatori, besage Protocols, das Reden sehr schwere
angekommen / also die Zeugin nicht recht wahr nehmen kön-
nen / ob er zu selbiger Zeit seinen Verstand gehabt oder nicht /
daß 6.) der Testator damahlin schon mit dem Tode gerun-
gen / also / wie Justinianus in Novella 18. Cap. 6. redet / præ-
tumultu mortis angustiatus nicht mehr wohl reden können,
und denn bey solchen des gerichtlichen Protocols Überein-
stimmung mit der Zeugin Aussage ein vollkommener Beweis
vorhanden ist / also das vermeinte Testament unmöglich be-
stehen kan / nachdem anfänglich auf Seiten des Stallmeis-
ters die Intention zu testieren / ohne welcher kein Testament
nach der deutlichen Vorschrift der Churf. Sächs. 5. c. 2.
Sitz. part. 3. gültig ist / gemangelt / und der dieserwegen in
das Creyß-Amt gekommene Studiosus nicht allein keine
Vollmacht vorgezeigt / sondern der Testator, ihm Verglei-
chen gegeben zu haben / bey dem Eintritt der Gerichte aus-
drücklich geleugnet / hiernächst die Suggestion, da nemlich
iemand dem Testatori das Testament vorschreibt / also dieser
seines Herzens Meinung nicht freiwillig entdecket / solches
Testament so wohl nach dem natürlichem als geschriebenem
Rechte verwerflich mache / dasselbe auch dadurch / daß der

C

Testa-

Testator es bey der Vorhaltung oder Vorlesung mit einem lautem Ja bestärket / in Ermangelung eines animi deliberati, nicht zu Kräfftien kommtet / L. 29. C. de Testamentis, Ordnung der Notarien vom Jahr 1512. tit. von Testamenen § Über die Form; ibi: öffentlich und klarlich benennet/ Carpzov. P. 3. C. 5. def. 6. Berger Centur. 3. Consil. 44. Adde Meditat. ad π. sp. 375. de Hereditatis & illicitis eorum artibus medit. 12. 13. 14. ferner eines Sterbenden und im letzten Zügen liegenden Testament zu sustiniren nicht genug ist / daß der Testator klar und articulate geredet / sondern überdis aus der gesunden Vernunft und von den Rechts-Lehrern/ Dauidio de Testamentis rubr. qui test. facere possunt num. 234. Strykio in Cauteulis testamentorum cap. 4. §. 36. erfordert wird / daß man aus den Reden sehen könne / es habe der Sterbende noch bonum intellectum und memoriam gehabt / in dessen Ermangelung vergleichnen Testament zu Recht nicht bestehet / vide Godofredum ad L. 8. C. Qui testamenta facere possunt lit. d. wie denn bewährte Rechts-Lehrer/ Berlichius P. 3. Consil. 6. n. 19. und die von ihm allegierte Cravetta und Pruckmannus gegenwärtigen Casum in terminis decidire / ja noch viel weiter gehen / und defectum sanæ mentis in einem Testatoren, welcher bey seinem Leben an kein testieren gedacht / sondern erst 2. oder 3. Tage vor seinem Tode ein Testament gesetzet / præsumiren / vide simillimum cum præsente casu exemplum in Meditat. ad π. sp. 352. de Prohibitis testari med. 8. 9. 10. weiter der furor superveniens zwar ein vorher gemachtes wohlbedächtiges Testament nicht entkräftet/ hingegen alsdenn/ wenn der Testator ante actum testandi ein Zeichen seines verrückten Verstandes von sich gegeben/ der nachgehends errichtete letzte Wille oder Handel/ anderer Ge-

Gestalt nicht bestehet/ es sey denn/ daß das zu solcher Zeit gehabte intervallum ganz unstreitig/ oder/ wie Iustinianus in L. 6. C. de Curatore furiosi redet/ perfectissimum, und nicht eine bloße modica intermissio, oder secundum L. 18. §. 1. de acquirenda vel amittenda possessione ein consperatus in umbratae quietis gewesen/ vide Medit. ad π. sp. 347. de Curatore furiosi medit. 3. gleichwohl die oben weitläufig angeführte Umstände kein solches perfectissimum intervallum, sondern vielmehr das Wiederspiel an den Tag legen; So ist das Niddaische Testament nach der Billigkeit/ den natürlichen/ allgemeinen Kaiserlichen/ und insonderheit den Chur-Sächsischen Rechten/ da die in dem letztern part. 3. Conf. 5. gesetzte requisita hier durchgehends mangeln/ vor unrichtig und nichtig zu erkennen.

XX.

Vitia testamenti visibilia missionem heredis instituit in possessionem hereditatis impediunt, non invisibilia.

XXI.

Praeterito liberorum olim vitium invisible fuit, sed per Novellam 115. visibile factum est.

XXII.

Liberi tamen, quibus aliquid quocunque modo est adscriptum, præteriti non censentur, sed, herede in possessionem misso, actionem suppletoriam instituunt.

Invisibilia testamenti vitia missionem heredis scripti in possessionem rerum hereditiarum non impediunt. Exempla huiusmodi vitiorum invisibilium recensentur

in L. 2. C. de Edicto D. Adriani, atque inter ea hoc etiam, si quis se filium defuncti præteritum esse alleget. Contra Menochius in Remedio 4. adipiscendæ possessionis n. 729. præteritionem liberorum inter vitia visibilia refert, atque n. 730. seq. obstantem istam L. 2. ut cum opinione sua conciliat, de casu, quo ipsa filiatio dubia sit longamque probationem desideret, explicat. At ego Alexandrum, auctorem legis, etiam tunc, quum filiatio in continenti liquida esset, tamen heredem scriptum ad possessionem admittere voluisse, dico. Lex nempe illa latâ & Codici nostro inserta est eo tempore, quo liberorum præteritio testamenta nondum nulla efficiebat, sed liberi præteriti querelam inofficioi instituere atque secundum L. 29. C. de Inofficio testamento probare debebant, quod obsequium debitum iugiter, prout ipsius naturæ religio flagitet, parentibus adhibuerint. Hæc probatio sine dubio altioris indaginis erat, atque adeo, antequam perageretur, scriptis heredibus possessionem auferre non poterat, per claram L. 2. C. de Inofficio testamento. At post Novellam us. c. 3. §. ult. per quam præteritio liberorum testamentum parentis nullum reddit, res aliam faciem induit, atque hæc præteritio visible viuum esse & missionem heredis scripti in possessionem hereditatis impedire cepit, & adhuc hodie impedit. Vera tamen præteritio sit oportet, non apparens saltem. Oblatum est Excellent. Praesidi ante aliquot menses testamentum, in quo pater sic scripserat: Filius meus domum, supellestilem, paratam pecuniam & agros præcipua habeto, cetera cum filiæ meæ defunctæ liberis dividito. Filius possessionem hereditatis ex L. ult. C. de Edicto D. Adriani petit. Contradicunt nepotes

ex

ex filia, atque vitium præteritionis tanquam visibile te-
stamento obiiciunt, nihil, si domus, supellex, agri, pa-
rata pecunia præcipiantur, superfuturum dicentes. At
ego præteritos nepotes fuisse non puto, sed heredes institu-
tos eo ipso, dum filius hereditatem cum iis dividere ius-
fus fuit, credo. Nam, ut Excellent. Præses in *Specimine*
CCCLVI. de Liberis heredibus instituendis med. 2. ostendit, pater
liberorum mentionem faciens, atque eis aliquid adscri-
bens, heredis titulo id fecisse semper intelligitur. Nec ob-
stat, quod post res filio prælegatas nihil superfuturum es-
set. Nam primo hoc altioris indaginis erat, deinde in L. 36.
pr. C. de *in officioso testamento* testamentum, in quo filius in
re certa heres institutus est, tametsi tota haec res evicta
fuerit, sustinetur, & alia res vel pecuniae restitui iubentur.
Ergo actio suppletoria etiam tunc, quum nepo-
tes nihil ex divisione consequuntur, locum habet. Si-
mile prorsus exemplum ex responso, quod Excellent.
Dn. Præses mense Julio anni 1510 CC XXX. exaravit,
ad iudicium: Wird zu wissen verlanget / ob das von Johann
George Scholzen und dessen Ehefrauen gerichtlich errichtete
Testament sub A. so wohl gleich Anfangs bestanden / als
noch ieho bestehet. Nun erscheinet aus den Worten gedach-
ten Testaments deutlich / daß Scholze keine bloße divisio-
nen paternam machen / sondern über sein ganzes Vermö-
gen ein richtiges und ordentliches Testament verfertigen / setz-
nen Sohn Johann Georgen nebst der Frauen zum vollen
Erben einsehen / und der Enckelin allein 15. Thaler verlassen
wollen. Es gewinnet also das Ansehen / ob sey diese Encke-
lin sich darüber / daß sie in solchem Testamente enterbet / zu
beschwehren / und gedachtes Testament als null und nichtig
anzusechtern / und umbzustossen wohl befugt. Alldiweil a-

ber ein Testator bey der Erbeinsetzung sich des Worts Erbe præcise zu bedienen nicht schuldig / sondern auch zweydeutige Worte brauchen kan / welche in dubio dargestalt / damit der letzte Wille bey Kräfften bleibe / zu erklären / und von der heredis institution zu verstehen seynd / wie denn insonderheit das Wort legitima so wohl nach den Sächsischen / in Constat. Elect. 9. P. III. als gemeinen Reichs- und Käyserl. Rechten / arg. Nov. 115. cap. 5. und L. 120. de Verbor. signif. adde Mediat. ad ff. Specim. 356. de liberis hered. instit. Medit. 2. 3. 4. 5. eine Erbeinsetzung in sich begreift / und denn die in Scholgens Testamente befindliche Worte : Groß = Vater = und Groß = Mutter = Theilz; eben so viel / ja mehr als legitima, heißen / demnach sonder Zweifel eine Erbeinsetzung involviren / darwieder nichts thut / daß der Enckelin unter diesem Titul nur 15. Thaler verlassen und dem Sohne als universal Eben / solche heraus zu geben/ bloß anbefohlen worden / indem ja solches den Eltern in der Nov. 115. cap. 5. verbis: *etiam si certis rebus iusque fuerint esse contenti;* ausdrücklich verstattet wird; So ist das behgelegte Testament sub A. vor ein richtiges und vollgültiges Testamentum so wohl Anfangs als ieho zu achten.

COROLLARIA.

- 1) Annon interdictum quorum bonorum iure Saxonico novo sublatum est ? Ita videri poterat per die Er:

Erläuterte Process-Ordnung im Anhange §. 1. qui processum summarium penitus abrogat. Sed in hac nova lege claris verbis ab abrogatione excipitur processus possessorius, non summarissimus saltem, sed, ut ex sequente §. 20. apparet, etiam possessorius ordinarius, atque hic a petitorio distinguitur, ut adeo dubium non sit, quin apud Saxones quoque heres aperto iure nitens possessionem confessim persequi, & contradictores intricacionibus exceptionibus utentes in separatum iudicium reuicere queat.

2) Remedium *L. ult. C. de Edicto D. Adriani toll. etiam legatariis dari, iam diu ostendit Praes in Specimine ad π. CCCLXXXI. de Actionibus ex legato medit. 4.*

TE sacer, ad gelidas docti qui considet
Albis
Undas, pieridum laudat amatque choruſ.

CALMANNO SVO

inter commilitonum plausus disputanti
gratulatur

PRÆSES.

Solvisti laqueos dubii certamine Juris
Egregio. Manet hæc laus, CALEMAN.
NE, TIBI.
Auspicium, & primi gressus TIBI grator ho-
nores,

His porro eveniant fata benigna, precor.
Hi nomen, laudesque, TIBI, famamque pa-
rabunt,
Quæque est parta semel fama perennis
erit.

JVSTVS GEORGIVS CHLADENIUS,
Jur. Feud. Prof. Publ. Ord. & Fac. Jur. Assess.
Extraord.

Gratulor eximii specimen, CALMANNE,
laboris,
Quam bene cœpisti studiorum texere telam,
Hanc bene pertexas ; TVA quo largissimus
olim
(Hic, precor, eveniat,) penset conamina
fructus.

hæc gratulandi animo adiecit
D. HENRICVS GOTTHELFF SCHMID.

O TE felicem Natis, CALMANNE,
Parentem!

Felices Natos, TE P A T R E, Clare, Tvos!
Gaudia nunc renovat T V A, maxima gaudia
prolis

Nunquam degeneris, Filius hicce T v s.
Jungit enim radiis doctrinæ lumina morum:

Sic calor & solis splendor ubique simul.
Quatuor ecce probos Numen T I B I, munera,

Natos,

At Patriæ toti gaudia mille dedit.
Illa diu dulcem facient T I B I luminis usum,
Quod T I B I det vitæ fons & origo, Deus.

Sic Clarissimo Domino PARENTI, Præceptoris
olim fidelissimo, de felici τεκνογονιᾳ ex ani-
mo gratulatur

JOANNES JACOBVS HAVSMANN,
Med. Doct. & Pract. Witemberg.

Non omnes eadem terrigenas iuvant,
Nec quæcunque iuvant, omnibus integra.
Multos multa iuvant, quæ prohibet locus,
Quæ tempus vetat, & dies.

D

Æquos

Æquos æqua iuvant, æquaque, quæ iuvant,
 Et, quæcunque licent, omnibus in locis,
Interdicta bonis sæpe Viris vides,
 Ob causas alibi datas.

Pravos prava iuvant: pessima pessimos.
Interdicta viris cernis & improbis,
 Quæ quandoque iuvant, sed venerabile
 Nomen commaculant Dei:

Seu Numen violant Principis optimi:
 Seu pandunt aliis criminibus viam:
 Seu famæ socii finitimi nocent:
 Seu pacis violent decus.

Interdiceris hinc ignibus, hinc aquis
 Qui regem violas non violabilem,
 Omni iure tuo. Namque Dei vicem
 In terris gerit Arbiter.

Præceps ingenio, **Naso**, peris tuo,
 Misso Sauromatas ad gelidos procul,
Interdicta **TIBI** cernitur **ITALA**
TELLVS & Latii solum.

Iro

80 (27) 88

Iro pauperior, parce tuo pedi,
Exoptata tibi cernitur & tamen
Interclusa Tibi pulcra CORINTHVS est,
Quam tantum locuples adit.

Interdicta boni PRÆSIDE MAXIMO
Reddendas & opes dicere publice
Te, CALMANNE, iuvat, *doge Vir & bone,*
E iuris cathedra, Deæ.
Te præstas habilem nunc Themidos Virum,
Hac virtute Tua madre, peritia *biuspoio*
Legum madre Tua, madre scientiis
Solertis sapientia.

Ad summos Themidis non via regia
Interdicta Tibi, dum cupies, gradus.
Offert, atque BONO conferet omne
Hæredi TIBI præmia.

Hæc, probo & eruditissimo Parenti, Præceptoris
quondam suo, nunc Fautori certissimo, Filium
optime moratum, Almæ Budissæ civem iura e-
leganter doctum, Doctoribus atque Magistris, &
olim & nunc TVIS, CLARISSIME CALMANNE,
Auditorem bona frugi, Tibique felices studio-
rum progressus insimul pie congratulatur, am-
plioresque fortunarum & bonorum accessiones
virtuti TVÆ nunquam *interdicendas* adprecatu-
rus, bona sinceraque mente adponebat

M. IO. ANDR. BODENVS,
Rect. Lyc. Vittembergensis.

Hoc pater omnipotens studium successibus
auget,
Quod, CALMANNE, TVVM diligit
ingenium.

Hinc **TVA** scripta manent, volitantque per
ora virorum

Quies cordi est virtus, sedulitasque **TVA**.
Hoc specimen doctum **TIBI** gratulor, opto-
que, votis,

Quicquid agas, cedat, Fautor, Amice,
TVIS.

M. FRIDERICVS WILHELMVS IAHR,

Gosmar. Lusat.




M. IO. ANDR. BODENVS

Reg. 17c. Antiquariae meae abopeper

Wittenberg, Diss., 1731

X 237 1957



Q. D. B. V. 1731 3-15

GENVINAM INDOLEM ET VSVM HODIERNVM
INTERDICTI
QVORVM BONORVM
ET
ACTIONIS EX L. VLT. C.
DE EDICTO D. ADRIANI

PRAESIDENTE
VIRO MAGNIFICO ATQUE EXCELLENTISSIMO

AVGVSTINO LEYSERO

POTENTISS. POLON. REG. ET ELECT. SAX.
A CONSILIIS AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII
ECCLES. DIRECTORE ET ORDINIS IVRIDICI
ORDINARIO

PATRONO, PRAECEPTORE AC STVDIORVM
SVORVM PROMOTORE

OMNI OBSERVANTIAE, PIETATIS ET OBSEQVII CVLTV
AETERNV M COLEND O

EX TENEBRIS ERVET

ET IN PVBLICA DISPVTATIONE TVEBITVR

PAVLVS GODOFRED. CALMANNVS

BYDISSINV S

D. APRIL. ANNI 1731 CCXXXI

IN AVDITORIO IVRECONSULTORVM

VITEMBERGAE

EX OFFICINA IOANNIS CHRISTIANI GERDESII.

1731. 33. 10